



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Nicetivs Episc. 1. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

s. Sept.  
ppugna  
vincere  
rex non  
e. Offen  
e potuit  
quidem,  
quisquis  
in Titu  
umanom  
in por  
nora spe  
it, quam  
templiq;  
acra. ser.  
o lavacro  
n huma  
in por  
e hoc no  
oni noa  
  
volupta  
dies spiri  
r ipse sibi  
more vix  
bolus por  
8.

OCTOBER.



S. NICETIVS EPISC. 1. Octobris.

**N**ICETIVM prius cælum ad Sacerdotium, quã  
Pont. destinavit, quando natus jam tunc Sa-  
cerdotalis capitis decus coronam gestare visus est.  
hanc amplius deinde infula Trevirensis exorna-  
vit,

X

OCTO.

vit, quam ubi illi Theodoricus rex decrevit, no-  
 scio quid grave cervici suæ tertium incumbere se-  
 fit. credo ut cum illo scirent omnes Pontifices, in-  
 fulam non tam ornamentum capitis quam onus  
 esse. Sed onus hoc pares humeros in NICETIO  
 invenit, & contra reges etiam fortes. Et evenit,  
 ut cum aule affeclas à sacris prohibitos templo  
 Theodobertus rex nollet excedere; homo à dæ-  
 mone infessus uti virtutum NICETII, ita scelo-  
 tum regis longum catalogum palam recitaret, ut  
 jam rex non illos modò, sed omnes omnino ex-  
 esse templo percuperet. Cesserunt igitur illi ex-  
 æde sacrâ, mox dæmon ex homine etiam. Sed &  
 in ipsos reges non semel fulmen sacrum vibravit  
 neque exilio, neque aded morte intentatâ abster-  
 ritus. At urbis servatorem & civium esse tunc pa-  
 tuit, quando grassante gravi lue mali genti illas  
 voces auditi sunt loqui: Faceffite hinc loci, quan-  
 do pro urbis alterâ portâ D. Eucharis, pro alterâ  
 D. Maximinus, pro totâ urbe medius NICETIVS  
 excubat. Quid? quòd Christus è turri conspicuus  
 spectacula fecit NICETIO, & in scenam omnes  
 ordine Gallorum reges produxit. Quid spectato-  
 rem tunc fecisse NICETIVM credis? ego, ut in  
 Tragicomædia fieri affolet, nunc risum, nunc  
 lacrymas credo dedisse. Ex Surio.

*Nemo quasi concretis sibi vitiis obsequatur, sed  
 quod est criminis, esse putet nature; sed sumat cum  
 Christo arma jejuniij, criminum propellat impetum,  
 prosternat castra vitiorum, ut de ipso auctore malis  
 sumat, Christo dimicante victoriam. Diabolo vi-  
 cto, vitia nihil valebunt. S. Pet. Chryf. Sermon. 11.*